XX

Θεοῦ συμπράττοντος

SYLLOGE

CONTROVERSIARUM FIDEJUSSORIARUM.

Theorico- PRACTICARUM

Quas

Ex Jure Civ. Canon. Feudal. & Saxonico selectas

AUCTORITATE ET INDULTU

celeberrimæ in Illustri Salana JCTORUM SCHOLÆ

PATROCINANTE

AMPLISSIMO ET CLARISSIMO JC.

DN. JOHANNE SVEVIO

Antecessore & P. P. Curiæ item Provincialis & Scabinatus ibidem Assessore spectatissimo, Præceptore ac Promotore ætatem suspiciendo,

Luce XIIII. *APRILIS.*

In Phrontisterio JCTORUM

Publicæ collationi subjicio

ANDREAS JACOBI, ROCHLICIO- MISN.

Μήδε ἀμελῶς, μήδε ὑπὲρ δύναμιν. Ἀδύνατον γὰρ τὸν πολλὰ πραττόμενον πάντα ποιεῖσθαι καλῶς. *Xenoph.*

JENÆ TYPIS CATHARINÆ Rauchmaulin/

ANNO CIↃ. IↃ. C. XVI.



Bigæ
JCTORUM
Celeberrimorum,

VIRIS

MAGNIFICIS REVEREN-
do, Amplissimis, Clarissimis & Consultissimis


Dn. LEOPOLDO HACKELMANNO,
Juridicæ Facultatis Ordinario, Antecessori & Professori Publico, Assessori Judicii Provincialis, Lipsiæ, dignissimo &c.

Dn. MICHAELI WIRTH, CAnonico Mattisburgensi, Professori Publico, Consistorii Ecclesiastici & supremæ Curiæ Electoralis Assessori ibidem spectatissimo &c.

Dnn. Præceptoribus, Mecœnatibus, Commendatoribus ac Promotoribus, meritissimis, observandissimis.

Hoc
Progymnasma Academicum
In
Quale quale νομολογίας
specimen
Offert & consecrat

Autor, Respondens.



I.



Mmeritò *Conrad. Pellicanus* fidejussionem simpliciter injustitiæ & impietatis arguit, proindéq; commerciorum civilium numero (ἀσυνάντητῳ ipse) excludit, clamitans eam, contra rationem, conscientiam & Deum esse *apud Molin. de usur. q. 32. n. 213.* Tantum verò abest eam, nos, ut necessarium & utile in Repub. πολίτευμα esse, dubitemus; ut nec jurejurando, nec paterno testamento, nec pacto inter plures fratres, agnatos vel etiam zwischen gemeinen Ganerben / prohiberi omninò posse credamus, nisi modus tantùm ab his præscribatur: (juxta illud πλυθεύσαντοι in *l. 6. §. 3. de Off. Proconſ.*) ὄτι πάντα, ὄτι πάντοτε ὄτι παρὰ πάντων. *arg. can. quisquis dist. 41.* *Quatenus fidejubere liceat?*

II. Perperam à fidejussore appromissorem quidam segregant, indemnitatis fidejussorem exponentes. Neq; Sponsorem & fidejussorem tanquam rogatum & non rogatum differre, nobis persvasum est, ut meritò abundet hactenus, in fidejussorio Instrumento, Schneidewini *in pr. I. hic n. 8.* clausula. *Circa subjectum relatum & correlatum.*

III. Nihilominus Sponsores, Mandatores, Constitutores, Expromissores, Fidejussores, Fidejussores fidejussorum, ἀλληλεγγύους & fidejussores indemnitatis, à se invicem accuratè secernimus, utut Dd. plurimi varient & dissentiant.

IV. Minor Curatorem habens, utrum sine hoc fidejubere possit, mirè intricatum est apud Interpp. Affirmantibus suffragamus / lubentius, vid. plenè & accuratissimè A. & Cl. JC. Dn. Præs. & Præc. meritiss. *in comm. D. de O & A c. 2. q. ult.* A. Fab. *dec. 6. err. 9.* Diss. *verò apud Hillig. Don. Enucl. lib. 12. c. 22. not. e.* Minor autem filiusfam. pro extraneo spondens in integrum restituitur, pro patre tum demum si ipsi non successerit. Quod si Studiosus fuerit & privilegio fori renunciaverit idem respondemus.

V. Prodigum, (cumq; ſ item cui bonis, à Prætore de-latante talem, interdictum eſt *Hillig. d. cap. 21. not. F. Cl. & Conſ. Dn. P. & F. Val. Riemer. dec 3. q. 10.*) enormiter ebrium, furioſum, (niſi laxamenti tempore) pupillum ſine tutoris auctoritate, mutum & ſurdum (hodiè ſecus eſt) arceri, planum eſt.

VI. Mulierem SCTI Vellejani retrahit auctoritas, ut nec pro extraneo cum conſenſu mariti, nec pro conjuncto, nec pro marito intercedere potis ſit, utut hoc Statuto, vel locali conſvetudine limitari poſſit. Renunciatione autem, (ubi ſimul de Jure ſuo certiorata eſt antè mulier) ſuperveniente, vel juramento interpoſito, num teneat obligatio, fervens concertatio eſt. Ajentium opinio conſvetudine, & in terris Conſt. El. Saxon. *16. p. 2.* ex Canonica æquitate recepta eſt. Jure tamen Civ. ſincerior inficiantium ψῆφος eſt *Dn. M. Berlich. p. 2. concl. pract. 19. num. 14. & ſeqq.* Pragmaticorum verò ſtante elogio, non ſufficit generalis renunciandi clauſula: Aller vnd jeder jhrer weiblichen Gerechtigkeit / *Val. Franc. de fidejuſſ. c. 2. n. 199. & ſeq. A. Her. tr. de fidejuſſ. c. 7. n. 507. ſequitur Dn. Berlich. d. loc. n. 35.*

VII. Prohibentur & milites niſi quatenus in rem ſuam, vel pro cauſa communi omnis numeri ſui (für jhre Rott vnnd Spießgeſellen) fide uſſerint. A quibus Vaſallos noſtrates disjungimus. Privilegia autem militaria etiam hodie in juſto bello uſualia ſunt Reichsabſchied / *de Anno 1555* §. vnd dameit angeregte *&c. & paſſ & de Anno 1570. tit.* von Beſtellung deß Reutterrechts *artic. 6. & tit.* Articul auff die Teutſchen Knecht *art 1. N. A. & Cl. JC. Dn. Præc. Arum diſcurſ. Acad. de Jur. Publ. 23. th. ult. in fin.*

VIII. Clericus quoq; (aliud in Evangelicis noſtris Parochis & Miniſtris receptum eſt) in prohibitis eſt, ut pro Laico interveniens arbitrariè puniatur. A volentibus autem acceptus, ſecundum Magiſtralem Dd. traditionem, obſtringitur, de cujus veritate dubitat rectè *Hering. c. 7. n. 251. & ſeq.* Caſus tamen ſunt egregii, quibus admittuntur, ubi in Archiepiſcopis, Præpoſitis, Canonicis &c. Capituli inſuper conſenſum adhibendum, ipſi Domini Camerales cenſuerunt.

IX. Idoneitas de natura fidejuſſionis eſt (exceptis tamen

certis

certis perſonis) adeoq; ſatisdare obnoxius, idoneum ſemper præſtare debet, licet debitor aliàs ſatis foret locuples, nolletq, utpote dignitate præcellens, arcana, ſuos circa contractus, δημοσιεύειν. Ad illam porrò, bona & facultates requiruntur, ſufficiuntq; pretioſa mobilia. Non tamen usq; fatebitur ſtatim debitum, quicunq; vadem præſtiterit.

X. Forenſes ut minus idoneos abſolutè reprobant *vulgò Dd.* nos ita temperamus διάκρισιν, ſi adverſus eos excipiatur.

XI. Qui ſemel cavit ulteriori cautione non eſt onerandus, etiamſi inhabilem appromiſſorem receperit ſupinus creditor, niſi ex defectu facultatum vel privilegio fori vel ob difficilem aditum tertiò inidoneus efficiatur. Nec diſtingvimus inter judiciales & extrajudiciales ſatisdationes. Sicut nec cogitur quis liberare fidejuſſorem, aut alium æquè idoneum accipere. Multò minus fidejuſſorem dare obligatus pignorum oblatione audietur.

XII. Nulli obligationi nec accedit appromiſſor, etſi jurejurando firmetur conventio. Ergò nec obligationi præſcriptæ. *Circa objectum.*

XIII. Pro dote conſervanda fidejuſſores à Conjuge vel Socero nec exigi, nec à marito ſpontè præſtari poſſunt. Quod in pignore diverſum eſt. Contrà de fuga ſuſpectus, & de Juri ſtando & de judicatum ſolvendo, fidejuſſores dare habet neceſſe.

XIV. Κρυφιῶδες & perplexum apparet Marcelli *in l. 25. h. t.* ab Ulp. productum reſponſum, ex iis præſertim quæ ibi ἐναλλαξολόγως notarunt *Dd.* & maximè *Cujac. Robert. E. Baro, A. Cont. A. Fab. P. Gregor. M. Freher. M. Lyklama, Trentl. Gædd. & quos inſuper adducunt Her. c. 5. n. 335. Hillig. Donell. Enucl. lib. 15. c. 41. lit. G.* Nos verò, ut eorum reprobamus argutias & κρύφια, qui vel manus textui admovent, vel lectiones moliuntur novas ac diverſas, vel θαύματα ῥημάτων comminiſcuntur: ſic omninò putamus Cretico huic Labyrintho involutos, expedire ſe poſſe, ſi rationem in fine annexam, remotivam, (ut ait Gl. *in d. l. 25. verb. obligato.*) potius faciant, quo reſpiciunt *Gædd. de ſtipul. c. 7. concl. 10. n. 131. A. & Cl. JC. Dn. Praeſ. & Praec. meritiſſ. in comm. D. C. bic. 2. q. 1. Cl. Dn. P. & F. V. Riemer. dec. 9. qq. 5.*

 XV. Ipſo-

XV. Ipsorum maleficiorum nulla fidejussio est, benè actionum exindè promanantium, sive civiliter agatur, sive criminaliter, etiam in publicis criminibus, non tamen in popularibus actionibus, ante litem contestatam ex parte actoris, nec ubi ad pœnam corpori infligendam (die an Haut vnd Haar gehet) agitur, quod posterius tamen [illegible] suas patitur *post Her. M. A. & Cl. / C. Dn Prac. Fomann. ad l. 9. q. ult. in fin. C. de feriu.* Quatenus de cætero in criminalibus Sponsores recipiendi satius arbitrio Judicis committitur, qui multam dictabit, welche sie zuerlegen sich verpflichten müssen / da sie den Beklagten nicht stellen / als hoch sie jhn außgebürget haben. Quod si dolo fecerint (als wenn sie jhme hetten davon geholffen) quo minus sistatur noxius, vel tanquam custodes, recipientes, aufugere eum sint passi, etiam corporaliter extraordinem puniri possunt, *A. & Cl. Dn. Prae. & Prom. P. Theodoric. Colleg. crim. disp. 4. th. ult. circa fin.* Pro pecunia verò quæ pro remittenda vindicta propinquis occisi promittitur (für das Mann- oder Sühngeldt) fidejussores intercedere planum est.

XVI. Inter absentes, per Epistolam, nudum pactum & actum divisum, non magis contrahitur fidejussio, quàm ipsa stipulatio, utut hodiè communi Germaniæ, aliarumve provinciarum consvetudine ac stylo, aliud invaluerit. Undè per procuratorem specialiter constitutum, aut Notarium requisitum, vel communitatis Syndicum, itemq; per subscriptionem animo fidejubendi in vacua, sed tamen sigillata charta, durch ein Plancket / (non æquè si in testimonium principalis subsignet ac subscribat) factam, aut stipulatâ manu, mit Handgegebener Trewe / usualiter procedit.

Circa causam efficientem instrumentalem relatam & correlatam.

XVII. Formam fidejussionis, minus Logicè & propriè Dd. communiter faciunt stipulationem, *v. Dn. P. M. Christoph.* Epißmacher. *in comm. analyt. I. hic. diff. 2 & 1. & dispp. Analyt. ad Inst. 1. th. 8. lit. A. & B. disp. 3. th. 3. lit. K. th. 4. lit. H. th. 7. lit. G. & disp. 4. th. 7. lit. A. & Inst. feudal. lib. 1. tit. 2. §. 3.*

XVIII. Ἀξιομνημόνευτον & singulare est in fidejussoribus Tutorum & Curatorum, quod præsentes, tacentes & nomina sua in acta referre passi, perinde vinciantur, atq; solemni stipulatione, vallati *l. 4. §. 3. de fidejuss. & nomin. tut.* sicut & in ap-

in appromissione pro dote mulieris *l. fin. C. ad SC Vellej.* Ast maleà id *Dd.comm.* ad omnem fidejussorem nomen actus publicis insiti passum, transtulerunt.

XIX. Si debitor aliquot modios tritici promiserit, fidejussor tantum pecuniæ, non subsistit conventio. Advertantium tamen visionem usu frequentari tradit *Parlador. 2. rer. quot. c. 3. ampl. 15. n. 38.* Pro eo verò quod interest, intercedit congruè, si factum reus promiserit. *Circa modum, substantialem, naturalem & accidentalem.*

XX. Tametsi autem Constitutor purè obligari possit, in id quod sub conditione debet principalis; minimè tamen fidejussor. Atq; in hoc illos differre rectè docuit *Accurs. in l. 4. de Const. pec.* immeritò lacessitus à Cujac. *ibid. & in l. 19. eod. vid. Illustr. Umm. Coroll. disp. 9. ad process.*

XXI. Neque juramento robur accipere appromissionem in plus posse, neque eam in duriorem causam vel majorem summam pro concurrente tenere, in puncto ἀκριβολογίας Civilis astruimus, utut contrariam in foro receptam, & suà æquitate suffultam, dissentientibus largiamur, penetraliore stipulationum jure ad Jus Gentium hodiè inclinante.

XXII. Nihilominus intensivè vel efficaciori vinculo constringi eam, naturæ legibus congruum est, utpote sub hypotheca bonorum, juramento, pœna, Instrumento (hodiè) Gvarentigiato, duplici vinculo ejusdem pecuniæ nomine (scilicet & purè & sub conditione) Carcere & Obstagio.

XXIII. Consvetudinem devovendi corpus ad carceres in Sabaudia suà & continenti vigere notanter firmat *A. Fab. in Cod. forens. l. 8. de fidejuss. defin 4. & 12.* & de Germania testatur post Coler. Köppen *decis. 29. n. 5.* & A. Clud. *de jur. sequestr. c. 5. n. 106.* ubi simul *Gædd.* acriter dissentientem, refellit. Concordat de J. Sax. Const. El. *21. & 22. pr. p. 2.* & ibi notant *Moll. R. Rosa* & accuratè Dn. Berlich. *2. concl. pr. 28. n. 14. & seqq.* Utrum verò pactum hoc in debitoris aut fidejussoris operetur heredibus, si vel maximè de his nulla nominatim facta fuerit mentio, non iidem conveniunt. Asserit Dn. Berlich. *d. concl. 28. n. 18. & seqq.* Negat Moller *add. Const. 21. nn. 5.* utrinq; stipati rationibus & auctoritatibus.

XXIV. Ardens etiam διάσκεψις est, an mulier renuncian-
dopri-

do privilegio, quod habet in hoc passu de Jure communi, id pactum de incarcerando celebrare queat? Si certiorata antè fuerit & proprium concernat ipsius debitum cum *Treutl.* assertum imus; In alieno tunc, cum SCTo Vellej. simul renunciet. *d. Const. El. 21. in fin & ibi Moll. ac Rosa.*

XXV. Obstagii pœna per se de Jure est licita. *Diss. Moll. 3. semestr. 30. n. 1.* è medio sublata *Ord. Polit. de Ann. 1577. tit. 17. §.* wiewol *& d. Const. 22. §.* wir wollen auch. Alicubi tamen adhuc obtinet convenienti moderamine coërcita, ut de Lusatia, Marchia, Bohemia & continenti testes sunt *ljungei Koppen. Schoplitz. Her.* & de reliquis in terris Saxon. Moll. *d. 3. sem. 30. n. 6. & ult.*

XXVI. Legem Commissoriam (quam inconcinnè pactum legis commissoriè vulgò à Pragmaticis vocari ostendit Ant. Fab. *decad. 21. err. 1.*) inter debitorem & fidejussorem non consistere *cum Molin. Pinel. Covarr. Moll. Her. c. 11. num. 209.* pronunciamus.

XXVII De diene an de nocte, imò feriato quoque die interponatur fidejussio nil interest, *e leg. M. A. & Cl. JC. Dn. Prae. Fomann. ad l. ult. q. 13. C. de feriis ubi obices removet. Diss. Her. c. 12. n. 19. v. Parlador. 2 rer. quot. c. fin p. 5. §. 4. n. 1. & seqq.*

Circa effectus communes & proprios.

XXVIII. Transit ad heredes hæc obligatio etiam Jure Sax. *post* Landrecht *&* Weichbild. *Nov. El. 20. p. 1. & ibi Moll.* etiam in causa criminali, si certæ quantitati accesserit Sponsor, aut lis cum eo defuncto contestata sit, aut locupletiores illi facti sint *H. Pist. p. 1. qq. 27. Dn. Berlich. d. p. . . concl. 6. nu. 8.* nisi vel consvetudo vel factum (præsertim si particulas taxativas Instrumentum expresserit, *post Gœdd. Her. Dn. Berlich. d. loc. n. 18.* aut expreßè convenerit de substituendo in locum defuncti alio fidejussore *Const. Elect. 10. §* Wann aber *& ibi Moll. Diss. Gl. in §. 3. I. de V. O. & Vult. ad §. 2. n. 2. I. h. t.*) vel hereditatis omissio (quod in agnato successore Vasalli fidejussoris perinde est. *Dn. Berlich. d. loc. num. 25. cum alleg.* In filio distinctionem vexatissimam, inter feudum hereditarium & ex pacto & providentia amplectimur cum *Rosenthal.* & aliis quos numerosè refert & probat *Dn. Godofr. Anton. disp. Feud. 5 th. 4. lit. I. th. 7. lit. C. & disp. 1. th. fin. lit. K. & L. Diss* summus Feudista H.

Pistor.

Pistor. quem gnaviter defendit *nov. Dn. Berlich. d. p. 2. concl. 56. per. tot. & Becer. de success. feud c. 3 q. 12 pag. 191.*) obstent.

XXIX. Mora principalis, præsertim usuras, fructus, interesse, pœnam, vel alias accessiones stipulantis, ad perpetuandam saltem, non item augendam obligationem fidejussori noxia est, nisi aut expreßè, aut tacitè ratione actus cui accedit, vel ex antecedentibus & consequentibus, eum in omnem causam obstrictum esse, appareat, *N. A. & Cl. JC Dn. Prae Arum. de mora. c. 8. n. fin. pulcrè A. & Cl. JC. Dn. Praes. & Prae. meritiss. in d. comm. D. hic. c. 4. q. 1. Her. c. 24. n. 124 cum connex* Similiter nec illius delictum vel contumacia, nec inopinatus & fortuitus casus, nec inficiatio debitoris, nec sinistra vel malè detorta interpretatio, ἀναδόχῳ de cætero oberunt. Undè usuræ tacitè non veniunt, aliter ac si vel ipse, vel reus principalis, (ut jure actionis exigi eas posse, Sponsorem non latuerit,) promiserit, vel instrumento debiti, de sorte & usuris concepto, ille fidejussorio nomine subscripserit, subsignaverit.

XXX. Principali solvere parato, inquietus & importunus creditor fidejussorem torquens, injuriarum tenebitur, aut plus petitionis exceptione submovebitur.

XXXI. In proprio domicilii foro vel coràm Judice competente fidejussores conveniri debent, nisi fori privilegio specificè (non hàc clausula: Das der Gläubiger den Bürgen für allen Gerichten fürnehmen vnd besprechen möge) renunciaverint, aut tacitè vel expreßè in certum locum solutionem destinaverint.

XXXII. Non modò competentibus ordinariis actionibus, à creditore feriri appromissores possunt: verum etiam non rarò, viâ exsecutivâ & compulsivâ ad solvendum adigi, ut si instrumentum Gvarentigiatum (de Jure Civil. incognitum) exhibeatur & exsecutio preßè urgeatur, vel ita illi fidem astrinxerint: Daß der Gläubiger mit Gerichts Hülffe die Güter einnehmen vnd ohne alle Rechenschafft biß er bezalt werde / gebrauchen solle ꝛc.

XXXIII. Vigilans sibi fidejussor exemtus, vel liberatione donatus, socios confidejussores non liberat. Ac si justa causa sit etiam ante solutionem, ad relevationem agere poterit,

rit, quemadmodum si diu steterit in obligatione ; in foro Augustissimæ Cameræ mandata pœnalia pro liberatione impetrari solent, ut ex Barthio eleg. *Her. c. 25. n. 56.* seligit : aut versuram molientem ac substantiam abligurientem principali, maturè vel ante terminum, ex pacto præsertim exsecutivo ad tradendam bonorum possessionem ille obligatus convenietur, vel aliis remediis (ut viâ monitorii, citationis ad audiendum & videndum contra se excussionem fieri, vel fidejussionem declarari nullam, Item, inhibitionis, retentionis pignoris, immissionis) coërcebitur.

Circa beneficia fidejussorum ordinaria. XXXIV. Utitur fidejussor beneficio excussionis antequam ulli alii innitatur, quod nos in effectu dilatoriam exceptionem, non tamen perpetuò sed regulariter ante litem contestatam opponendam, dicimus *cum Treutler. Gœdd. Hering. B. Grav. R. Rosa not. ad Moll. in Const. El. 3. p. 1. n. 7. A. Fab. Cod. for. de except. defin. 1. A. Scheffer. p. 1. qq. pract. 8. Dn. Berlich. p. 1. concl. pr. 11. n. 22. & seqq.*

XXXV. Circa ordinis hoc beneficium varia agitant ζητήματα Dd. Nos hæc seligimus potiora : In jurata sponsione id ex theorica veritate admittimus, *post Fachin. Franc. Zang. A. & Cl. JC. Dn. Prac. & Praes. observandiss. d. cap. 4. q. 5.* nisi religiosiorem dicas Pragmaticorum contrariam *post Moll. Koppen. Treutl. Her. c. 27. p. 1. n. 36. & consin Dn. Berlich. d. p. 1. concl. 22. n. 20 & seqq.* Denegamus ei, qui ut principalis debitor (als Selbstschuldener) intervenit *post Carot Gœdd. Treutl & Her. M. A. & Celeberr. JC. Dn. Prac. & Prom. meritiss. L. Hackelm. Ill. qq. disput. 22. thes. 18. lit. E.* (Quamvis adversa, peculiari Constit. Elect. 18. p. 2. in terris Saxon. recepta sit *Moller. ad d. Constit. Consult. Saxon. tom. 1 p. 1. q. 24. & tom. 2. p. 1. q. 37.*) Justè verò indemnitatis fidejussori dem Zuat- oder Schadlos bürgen / applicamus, in tantum, ut id omni auxilio & specificè excussionis renunciato, adhuc opponere possit *Parlador. d. c fin. p. 4 §. 7. nu 9. Dn. Berlich. d. p. 1. concl. 22. n. 25. Hillig ad lib. 15. Donel. c. 48. not. O.* Imò licet juratò se non usurum pactus sit *Her. d. c. 27. p. 1. num. 150. Dn. Berlich. d. loc. n. 26.*

XXXVI. Casibus quibus cessat Ordinis beneficium, rectè specificam renunciationem, malè verò, quidam cautioni fidejussoriæ insertam clausulam : Trewlich sonder arge list

vnd

vnd Geferde/ annumerant, quos collegerunt & improbarunt *Moll. ad Const. El. 18. p. 2. n. 3. M. A. & Celeberr. JC. Dn. Ordinarius & Prac. Virg. Pingitz. qq. Sax. 38. n. 41. & seqq. Her. c. 17. n. 17 & seqq.* Item fidejussorem judicio fisti quidam ab eo excludunt *Ant. Fab. for. de fidejuss. defin. 8.* ubi allegat. *Diss. Her. d. p. 1. n. 159. cum alleg.* Nec mercatores simpliciter excipiendi sunt *cum vulgò Dd.* sed hoc moderamine si mercatores ipsi in foro mercatorum conveniantur *eleg. A. Fab. C. de except. defin. 8. Tilemann. disp. ad D. 19. thes. 15. Her d. c. 27. n. 282.* Contrà verè traditur debitorem non solvendo inventum, & pendente lite cum fidejussore, de novo quid adquirentem, denuò esse excutiendum *post Fachin. allegat Her. d. c. 28. num. 23. eleg. A & Cl. JC. Dn. Prac. & Pras. in d. comm. D. h. t. c. 3. q. pen.*

XXXVII. Divisionis exceptio tàm ante quàm post litem contestatam usque ad sententiam utilis est. *M. A. & Cl. JC. Dn. Prac. Hackelm. d. disp. 22. th. 19. Treutl. hic. th. 5. lit. F. Bocer. hic. th. 33. Dn. Berlich. p. 1. conclus. 11. nu. 26.* Quod Juris beneficium Statuto vel Instrumento Gvarentigiato vel pacto de insolidum interposito, impediri non debet *Gomes. tom. 2. resol. c. 13. n. 15 Hering. d. c. 27. p. 2. n. 32. & 90.*

XXXVIII. Competit etiam fidejussori-fidejussoris (dem Rückbürgē) nisi tamen fidejussor principalis cum fidejussore-fidejussoris concurrat. Item iis, quos *N. 99. c. 1.* ἀλληλεγγύους sive alterna fidejussione obligatos, vocitat. Quod malè de correis debendi Irnerius & sequaces interpretati sunt *N. A. & Cl. JC. Dn. Prac. Arum. exerc. 13. thes. 9. Cl. Dn. P. & F. V. Riemer. dec. 10. q. 7. Diss. A. Fab. 11. conject. 4. & in Cod. forens. de duob. reis defin. 12. n. 1. Gadd. de stipul. c. 9. concl. 5. nu. 127. & seqq. Zang. de except. p. 3. c. 19. n. 14. Hænon disp. 14. th. 10.* Deficit verò singulariter, in confidejussoribus pro uno tutore, rem pupilli salvam fore, obligatis, agente pupillo, vel si cum aliquo concurrat in fidejussione mulier, item renunciatione efficaciter, (etiam J. Saxon. *Nov. El. 17. p. 2. Consult. Sax. tom. 2. p. 1. q. 38. Dn. Berlich. d. p. 2. concl. 22. num. 38. & seqq.*) verbis subalternis vel specificis facta. Quo re ferenda est illa Pragmaticorum familiaris clausula: Daß sie sämptlich vnnd ein jeder besonders/einer für alle/ vnd alle für einem/mit einer gesampten vngeschiedenen vnd vnzertheil-

gethelten Hand hafften vnd zahlen wöllen. *Webner pr obs verb. einer für alle* 2c. *Dn. Berlich. d. concl 22. n. 42. & seqq. Diss. Moll. & Wes. ad d. Const. El. n. 12.*

XXXIX. Judex non oppositam hanc divisionis exceptionem aliquando supplere non prohibetur *Ant. Fab. C. hic. defin. 35. Diss. ἀκριβῶς Her. d. p. 2. n. 73. & seqq.*

XL. Quid si unus non opposito beneficio divisionis, electus judicium acceperit, ast postea facultatibus lapsus sit? Regressus patet ad reliquos consponsores *Thoming. decis. 47. H. Pist. p. 1. q. 9. Koppen. decis. 56. n. 17. Her. d. p. 2. n. 48. & 24.*

XLI. Cedendarum actionum beneficium analoga & privilegiata exceptio est. Cedi verò actiones & ante & in actu solutionis, non item post, debent ac possunt *Gædd de stipul. c. 9. concl. 5. n. 118. & seqq. Dn. Berlich. d. concl. 22. n. 65. & seqq. Bocer. hic. th. 37.*

XLII. Pro excludendo eo renunciatio vel specifica vel subalterna necessaria est *post Caroc. Her. c. 17. n. 36. & seqq. & c. 27. p. 3. n. 21. Dn. Berlich. d. conc. 22. n. 50. & seqq.* Expressam autem requirit d. Const El. *17. p. 2. ibiq, Moll.* Nunquid verò post renunciationem prorsus cessionem actionum non petet fidejussor? Utique. *Heig. p. 1. qq. 35. nu. 39. & seqq. Zang. d. p. 2. c. 18. n. 43. H. Pist. 1. qq 45. n. 9. Dn. Berlich d. concl. 22. nu. 57. & seqq. Diss. A. Her. d. c. 27. p. 3. n. 22. cum ibi adductis.* Omissâ cæterùm actionum hac cessione, nulla, nulla omninò supersunt remedia. *Don. ad L. cum alter. C. hic. Heig d. q. 35. n. 3. & finit. Parlador. d. c. fin. p. 4. §. 6. n. 1. & seq. Dn. Berlich. d. loc. n. 74. & confin.*

Circa beneficia extraordinaria & subsidiaria. XLIII. Utrum restitutione in integrum minoris se defensurus fidejussor, audiendus? Benè, si ob dolum creditoris restituatur minor, non item si ob inconsultam ætatis facilitatem *N. A. & Cl. JC. Dn. Prac. Aruma. d. exerc. 13. th. 14. Donell. 21. comm. c. ult. & ibi Hillig. in not. lit. G. A. Fab. 8. Conject. 3. & in Ration. ad l. 3. & 13. de minor.* Idemque ita in Sabaudiensi Palatio judicatum refert *in Cod. for. de fidejuss. min. def. un. Dn. Gerber.* Dietrichs. *P. M. disp. ad D. 15. th. pen lit. E. Diss. Treutl. vol. 1. disp. 11. th. 2. lit. D.* Inhibitio tamen à principali impetrata, & in ejus causa Judici inferiori facta, fidejussoribus adversus credito-

ditorem non prodeſt *poſt Hippolyt. ad rubr. hic. Arnold de Reyger. diſp. ad Proceſſ. 11. theſ. 2.. A. Rauchbar. qq 7. n. 16.*

XLIV Conventio generaliter à debitore in rem facta prodeſt & fidejuſſori, non item pactum ne à ſe petatur, *reſolvit notanter A. & Cl. Dn Præc. & Præſ. meritiſſ. in d. com. D. hic. c. ult. pr. Boeer hic. theſ ult. A. Fab. Cod. forenſ. de duob. reis. defin. 3. n. 4. A. Kobl. exerc. Legal. 10. n. 21.* quemadmodum è contra fidejuſſoris reo, ſi in rem ſuam ſpoponderit vel juraverit ſe dare non oportere *Her. c. 20. §. 2. n. 24. & ſeqq. & c. 27. p. 4. n. 1. cum connex.* Sententia verò adverſus principalem abſentem & contumacem lata, contra fidejuſſorem ex contractu, non citatum nec auditum, ſine novo proceſſu exſecutioni demandari non poteſt *Gudd. de ſtipul. c. ult. concl. 11. n. 88. Rauchbar. d. p. 2. q. 7. n. 27.* Quod diverſum eſt in fidejuſſore de judicato ſolvendo (Was Urtheil vnd Recht geben möchte) accepto *Vand. l. qq. 36. Her. d. p. 4. n. 54 & ſeqq.* Amplius moratoria dilatio à reo impetrata, fidejuſſori extunc proficit, ſi ejus in reſcripto facta mentio, vel reus principalis pro defenſione ejus opponat. *Coler. p. 1. proc. exec. c. 4. n. 19. & ſeqq. A. Fab. Cod. for. de prec. Imp. off. def 14.*

XLV. Quando res in ſolutum data evincitur, non liberatur fidejuſſor, *poſt Hippol. ad rubr. h. l. n. 372. Gomeſ. d. c. 13. n. 19. Her. c. 20. §. 41. n. 29. & ſeq.* *Circa caſus deſtruentes.*

XLVI. Novatur tunc demum fidejuſſio, ſi expreßè priore remiſſa eligatur ſecunda. Ergò ex præſumtionibus (quantumvis urgentibus) & conjecturis non inducitur novatio *eleg. Parlador. d. c. fin. p. 1. §. 12. lim. 6. n. 46. A. F. C. lib. 8. tit. 28. defin. 11. Hillig. Don. enuct. lib. 16. c. 20. not. Q.*

XLVII. Compenſationis exceptionem fidejuſſor, ſilente debitore, opponere poteſt, quod Juri Sax. non eſt incongruum *arg. Nov. El. 8. p. 1. & ibi Moll. Her. c. 20. §. 6. n. 10.*

XLVIII. Qui de reo ſiſtendo ſtipulatus eſt & quidem ad certum diem vel requiſitionem Judicis, unicâ præſentatione ſontis liberatus eſt, ſecus ſi ad omnem omninò requiſitionem ſiſtere obſtrictus ſit, vel quoties à Judice requiſitus fuerit. *Poſt Farin. V. Franc. Fachin. Hering. d. cap. 20. §. 9. num. 18. & ſeqq.*

XLIX. Flexuosa Dd. ἀμφισβήτησις est prorogato termino an liberetur fidejussor, sive an ille, ipso praedicto puncto, ulteriùs teneatur: Hic, ne πλυζητ[illegible] simplicitate atque arguamur, separamus affines quidem, sed diversas tamen quæstiones. Aut enim de prorogatione (sive renovatione) obligationis disputatio est, præstituto ab initio fidejussioni tempore, ac tum ex renovata (sive, ut loquuntur, in futurum) non tenetur, firmiter verò de antecedente (sive in præteritum) obligatione; Indeterminatâ autem fidejussione indistinctè & in præteritum & in futurum obligatur *l.7.C.locat l. 27.v.sancimus C.hic. A.Fab. C.for.hic.defin.25.Her.d.c.10.§.18.n. 4.& 5.solidè Cl.Dn. Riemer.P.& F.colendiss.dec.10.q.4.* Hinc tamen divertit Const. El.*19.p.1.& ibi Moller. Dn. Berlich. d.p.2. concl.25.n.20.& seqq.* Aut de prorogato termino solutionis quæstio vertitur, atque tunc non liberationem, sed dilationem meretur omnis, sive tempore determinata, sive indefinita, fidejussio *l.12.§.14 D.mand.l.fin.§.1.C.de usur.rei judic. l.58.§.1.hic.* quoad subsequens verò tempus, nullum prorogatio parit præjudicium *M.& A. JC. Dn. P. & P. meritiss. Hackelm. d.disp.22. th.ult. Her. d.c.20.§.12.n.4.& seqq. Cl.Dn.V. Riemer. d.dec.10.q.5.*

L. Simpliciter datus fidejussor in prima instantia, durare in causa Appellationis non habet necesse, *Muscatell. pract. fidejuss p.1.mod.12.n.6.Hering.d.c.20.§.20.n.4.& seqq.* De contraria tamen observantia in Electoratu Saxon. testatur Moller. *2.Sem.2.n.3.*

Tantum licet.

πρόσδομα.


EMtio-venditio sub pacto de retrovendendo (addictioni in diem *A.Fab.dec.22 err.1.Hillig.ad lib.16.Don. c.18.not.B.* & jus retractus, quod ex jure communi, statuto vel consvetudine competit, *Bocer.class.3.disp. 22. thes.*

22. thes. 91. P. Greg. Tholoss. lib. 26. syntagm. jur. un. c. 4. contradistinctio, facta, usurariam gravitatem vel pignoratitium & simulatum contractum non sapit arg. l. 2. C. de pact. inter emt. & ibi gl. post alios R. M. A. & Cl. Virac JC. Pracept. & Prom. meritiss. Dn. M. Wirth q. 4. pr. p. ult. verum præsumtionibus urgentibus & certis demum signis (quorum 47. ponit Dn. Berlich. p. 2. conclus. 1. n. 5. & seqq.) talis judicanda est cap. ad nostram 5. de emt. vend. A. Fab. Cod. forens. de pact. inter emt. defin. 4. Quale indicium ex sola modicitate pretii, nisi excedentis dimidiam justi pretii quantitatem, desumi non potest d. c. ad nostram & ibi Panorm. & arg. l. 2. ubi Dd. C. de rescind. vend. post alios Dn. Berlich. d. concl. 1. n. 69. Diss. refert ibid. n. 58. & seqq. Quo casu in electione actoris est, contractum ex capite simulationis allegare, vel remedio L. 2. C. de rescind. vend. experiri, utut utilius prius arripiat A. & Cl. JC. Dn. M. Wirth. d. q. 4. conclus. 3. Nata inde obligatio & actio personalis est (nec datur in tertium possessorem Ant. Fab. Cod. forens. d. t. def. 3. & 8. ubi Statutum Sabaudiense contrarium improbat P. Greg. Tholos. lib. 26. Syntagm. Jur. univers. c. 10. M. A. & Cl. JC. Dn. Prac. & P. Hackelman. disp. 11. th. 8. lit. A. & B. Treutl. vol. 1. disp. 28. th. 10. lit. C. Dn. God. Ant. disp. F. 10. th. 2. lit. B. Tilem. disp. 24. ad D. th. 15. Boc. d. th. 35. & seq. Dn. Berlich. d. p. 2. concl. 2. n. 15. ubi vide Diss.) in heredes utrinq; transitoria d. l. 2. C. de pact. inter emt. ubi Dd. cessibilis, nisi vel consvetudine vel statuto vel pacto alio speciali cedi prohibeatur, longe & doctissime stylo Dn. Prae. M. Wirth. in d. repet. l. 2. p. ult. q. 3. Treutl. d. loc. Tilem. d. loc. th. 16. Dn. Berlich. d. concl. 2. nu. 25. penes quos vid. Diss. exempto vel præscriptis verbis (cum tamen de pactis venditioni adjectis hæc actio non competat Bocer. cl. 2. disp. 3. thes. 52. & 97. nec ea detur ex pactis in continenti adjectis N. A. & Cl. JC. Dn. Prae. Arum. disput. 4. D. J. th. 10. & probat A. & Cl. Dn. Prae. Joh. Curt. disp. ad L. 5. de P. V. th. 19. Boc. ad l. 23. c. 5. n. 7. de R. J.) d. l. 2. C. de pact. inter emt. & vend. fusè & accuratè enodat Dn. Prae. M. Wirth. d. loc. p. 2. Don. ad d. l. 1. pr. de P. V. A. Fab. dec. 23. err. 7. Diss. post veteres Raph. Cuman. ad l. 1. §. si stipulanti de V. O. cum sequacib. non rei vindicatio adversus tertium emtorem, ad revocandam rem, verum illæ, contra emtorem ad interesse arg. l. 3. C. de pact. int. emt. utraq; sententia discussa concludit A. & Cl. Dn.

Cl. Dn. Prac. M. Wirtb. d. p. ult. q. 2. A. Fab. dec. 22. err. 9. & 10. Dn. God. Ant. tr. de act th. 54. & disp. Feud. 9. th. 5. lit. G. Dn. Berlich. d. l. nu. 13. & seqq. Tilem. d. disp. 24. th. 14. ubi suppeditant Diss. cum dominii translatio adjectione pacti de retrovendendo non impediatur, quo minus alteri vendere possit emtor *arg. l. 135. §. 3. de V. O. l. 3. C. de condict. ob caus. dat. H. Pist. 1. qq. 21. nu. 7. A. Fab. dec. 22. err. 7. & 10. Boc. d. disp. 3. th. 53. Dn. Berlich. d. concl. 2. n. 6. & 7.* Præcisè autem primus emtor possidens vel tradendi facultate gaudens, rem ipsam retrotradere tenetur, nec liberatur præstando interesse. *Dn. Prac. & P. M. Wirtb. d. p. ult. q. 1. N. A. & Cl. JC. Dn. Prac. Arum. lib. 1. decis. Jenens. 13. per tot. Ant. Fab. d. dec. 22. err. 4. Dn. Berlich. d. loc. nu. 36.* Tandem pacto huic nullo tempore præscribitur. *M. A. & Celeberr. JC. Dn. Ordinarius Prac. & Prom. Virg. Pingitz. q. Saxon. 41. Zang. de except. p. 3. cap. 10. num. 190. & seqq. Boc. d. disp. 3. th. 50. Treutl. d. loc. & vol. 2. disp. 22. th. 3. lit. L. Speckhan. cent. 2. cl. 2. q. 12. Dn. Berlich. d. p. 2. concl. 3. nu. 17. seqq. Hillig. Don. En. lib. 5. c. ult. not. K ubi inquire Diss.* quod approbavit etiam Camera Imperialis *Gail. 2. obs. 18. Myns. cent. 1. obs. 16.* & expressâ Const. *1. p. 2.* recepit in ditionibus suis El. D. Augustus, *ad quam vide Moller. & Rosam. affatim allegantes.*

Δόξα καὶ τιμὴ καὶ εἰρήνη παντὸς τοῦ ἐργαζομένου Θεῷ

Μόνῃ τῇ ἀληθείᾳ νίκη.







VIRO

Juveni Literatißimo & floridißimo,

DOMINO ANDREÆ JACOBI,
Rochlicensi Misnico, positionum Fidejussoriarum Propugnatori solertissimo,

animitùs gratulor

M. Zacharias Schilter *Lipsiensis,*

φιλόνομος.



NÆ pede inoffenso fanum memorabile HONORIS
Ingrederis, vilesq; animas post terga relinquis,
ANDREA, Astrææ soboles lectissima honoræ;
Augusto cathedræ dum TE committere ponti
Audes, & memori legalia scita cerebro
Altè impressa foràs profers mediante loquelâ,
Præpandente cato rutilantē lampada SUEVO,
SUEVO, quem penitis Saiß ingeniosa medullis
Infixum gerit, & meritò THEMIS ornat honore.

C Macte

Macte isthoc fervore genI ad summa omnia
nati,
Obversansq; oculis stadium irrequiete labore
Decurre. Haud aberit lautę indulgentia sortis,
Et PATROCINII manus auxiliaris amici.

Ad

Præstantissimum & eruditiss. Dn. Respondentem
Amicum & Commensalem optimum.

I*Pse fidejussor tibi sum, quod gratia inundet*
Ingenium Sophiæ rivulo & amne tuum
ANDREA, *Eunomiæ genitrix quem amplectitur*
ulnis,
Labra cui gemino Svada vigore rigat.
Siq; deest aliquid, famam tibi spondeo, laudum
Divitias, agrum Gloriæ, Honoris opes.
Pignus habe hoc: cathedram conscende, tibi enthea
virtus
Ridet, & è labris promicat alba fides.
Dignus es ô Sophiæ Soboles, te ut sidera cingant,
Nam tua sydereo corcla favore micant

Immò

Immò age sydus eris, te eras quia amabile sydus
Aptabit cælo Juridicina suo.

Dabat

M. Christophorus Stöltzer
Isleb. Fac. Phil. Adj.

Ad Præstantissimum & Doctissimum Dn. ANDREAM JACOBI

Amicum & Commensalem suum ætatem colendum.

ERgò, JACOBE, Themis clariis quem mersit in undis
Largius Æaciden, quam styge nata Nereï.
Ingenium exerces prænobile, Præside SVEVO
Cujus luxuriat provida corde Sais.
Et Logico solvis sinuosa Sophismata ferro,
Legum & nodosas mente sagace plicas.
Responsâ ô diâ librata bilance Themistos?
O sensa hausta puto Mercurii è cerebro?
Auguror, en niveis Cæi germana caballis,
Subvectum sistet te Jovis ante thronum.

Benevolentiæ ergò f.

Joannes Timæus Ciza-Misnicus.



ANDREAS JACOBI

per
Anagrammatismum

DICA BONIS AREA.

ET Philyréa Themis generoso nobile nisu
Ingenium lauto mactat honore tuum.
Invideant, quicunq; volent: dignatur ubique
Eugenie *ingenium docta favore tuum.*
Macte novos (velut Ajus avet) tibi concipe motus:
Sic genus *ingenio condecorare decet.*
Esto Argus, bonus esto, suo velut AREA *circo*
Sideribus præsto est: sic DICA *dia* BONIS.

Abrahamus Scultetus Stolpenâ-
Misnicus.

FINIS.